

1305.

158.

Arnold, Abt, und der Convent des Klosters Berge beurkunden den Verkauf von 2 $\frac{1}{2}$ Hufen in Osterweddingen und von 4 Morgen Acker in Diesdorf für 100 Mark seitens des Klosters, wofür unter Hinzufügung von 30 Mark, die das Kloster von den Conventualen Johann von Hohenwarsleben, Konrad von Rohden, Hermann und Hermann Kalenberge durch Geschenk erhalten hat, 2 bei dem Judenkever gelegene Morgen, 2 $\frac{1}{2}$ Hufe und ein Hof in Berge und einige Höfe in Appendorf und Berge, sämmtlich ehemalige Lehngüter des Klosters, gekauft wurden. Die Einkünfte dieser Grundstücke sollen theils zu Seelenmessen der Geschenkgeber, theils zum Besten des Klosters verwandt werden.

Nos Arnoldus dei gratia abbas, Ar. prior totumque capitulum monasterii sancti Iohannis baptiste prope Magdeburch notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos rebus et causis sic exigentibus de unanimi consensu et totius nostri capituli libera voluntate quibusdam civibus in Osterweddinge in eadem villa vendidimus de bonis nostris que vulgo dicuntur pachtgut unum mansum iacentem extra bredam qui solvebat ecclesie nostre duos choros tritici et dimidium pro quadraginta et octo marcis, ita quod eundem mansum tenebunt et deinceps possidebunt iure vel titulo censuali et solvent inde ecclesie nostre singulis annis quadrantem tritici et quadrantem siliginis et XII solidos in festo dominorum pro censu et deperit ecclesie nostre in predicto manso chorus et dimidius. Similiter in Destorp villa vendidimus quatuor iugera sita extra bredam pro sedecim marcis, de quibus dabantur XX modii tritici pro pacto, nunc deinceps manebunt sub eodem iure vel titulo censuali et dabuntur inde II modii tritici et II siliginis et quatuor solidi pro censu in festo dominorum et in his deperit ecclesie nostre dimidius chorus. Item vendidimus quibusdam civibus in Osterweddinge mansum et dimidium de iisdem bonis pachtgut similiter extra bredam iacentes pro XXXVI marcis, dabantur nobis singulis annis quatuor chori tritici quadrante minus, quem mansum et dimidium iure litonum deinceps possidebunt et solvent inde pensionem singulis anni temporibus et ad omnia iura vel servitia tenebuntur, quibus ceteri litones ecclesie nostre hactenus fuerunt obligati; de hoc manso et dimidio ecclesie nostre depereunt marca et dimidia pro manso litonum, in universo marca et dimidia computata. Sane etiam notum esse cupimus, quod Iohannes sacerdos dictus de Hoenwersleve pro remedio anime sue ac pro remedio anime Tiderici filii sororis sue contulit ecclesie nostre septem marcas. Item quidam confratres ecclesie nostre, videlicet Conradus dictus de Rodhen octo marcas ac Hermannus quondam custos nostri monasterii octo marcas necnon Hermannus dictus Kalenberge VII marcas pro remedio anime sue nostre ecclesie contulerunt. Totalis igitur summa, quam tam pro bonis predictis venditis